



S Y L L A B U S

Quæstionum, quæ in singulis disputationib.  
disceptantur.

E N N E A S P R I M A.

1. **A**N medium detur inter Substanti-  
am & Accidens?

2. An causa causæ sit etiam causa causati?
3. An Noctambulorum seu Hypnobatarum motus causam ha-  
beat Physicam, an verò sit hyperphysicus?
4. An Dæmones reverà gignere possint ex commixtione fœmi-  
neâ ; & an ipsi homines etiam Dæmones procreent ?
5. An civilis felicitas in habitu, an in operatione consistat ?
6. Quot sint Rerumpublicarum formæ?
7. An Reipublicæ constitutio primùm sub statu Monarchico co-  
aluerit ?
8. Quis fuerit primus Monarcha, & quando cœperit ?
9. Quæ fuerint olim rotæ Ægyptiacæ?

E N N E A S S E C U N D A.

1. An omnia quæ differunt realiter, etiam essentialiter ?
2. An substantiæ sit proprium inesse subjecto?
3. Quænam distinctio troporum in Rhetoricis probanda sit ?
4. An homines in bestias à Dæmonibus transmutari possint?
5. Quibus mediis modisve Dæmones hominibus illudere possint,  
talemq; phantasticam transmutationem expedire ?
6. Utrum ad Eudæmoniam civilem sola virtus sufficiat, an etiam  
externa bona aliquò modò requirantur?
7. Quænam fuerint primæ hominum congregationis causæ?

)? ( 2

8. Quidam